

**www.e-rara.ch**

**Henrici de Segusio Cardinalis Hostiensis, summa aurea, Ad  
vetustissimos codices summa fide diligentiaque nunc primum collata,  
atque ab innumeris erroribus, quibus scatebat hactenus, repurgata**

**Henricus**

**Basileae, Anno 1573**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1615>

De eodem, ex libro de viris illustribus, d. Marci Mantuae Patavini

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## DE HOSTIENSE, EX EPITO. DE VITIS

*Iureconsult. D. IOAN. FICHARDI Francofurtensis.*

**S**uccessit istis Henricus de Segusia, postea Cardinalis Hostiensis factus. Hic ob eximiam eruditionem suam, primum Innocentio IIII. Pontifici, & inde Alexandro IIII. eius successori, valde gratus fuit. Iuris Ciuilibis & Pontificij Summam vno volumine complexus est, ordine conuenientissimo, & tractatione elegantissima. Illud post longum vtriusque Iuris studium atque exercitium inceptum, postea verò incendio amissum, tandem Cardinalis, inter alia sua negotia denuò reparauit, & exactius diligentiusque quàm antea, absoluit, vt ipse refert in fine eius Operis. Edidit præterea Lecturas in v. libros Decretales. *[in tracta. de success. ab intesta.]* Et dicit Mathesilanus alicubi, permagnam esse huius Hostiensis inter Iureconsultos autoritatem. Tiraquell. etiam in Tract. de pœn. cau. 51. nu. 109. virum prædicat, diuini humanique Iuris peritissimum. Floruit sub dictis Pontificibus. Anno M C C L V. & sequentibus.

## DE EODEM, EX LIBRO DE VIRIS ILLV-

*stribus, D. MARCI MANTVÆ Patuini.*

**H**ENRICVS HEBREDINENSIS quondam ecclesiæ Archipræsul, & Cardinalis Hostiæ, per antonomasiam Hostiensis dictus appellatusque est: fortè quia per eum tanquam per hostium patuit aditus omnibus ad Iurisprudentiam. Hunc magnum Canonistam dicit Gemi. confi. cxiiij. incip. Si procurator. col. iij. & Abb. in c. ex conquestione. col. 6. de resti. spo. quòd solet vt plurimum reprobare opiniones rigorosas Innocentij, eoque magis laudandus est, cum à villa Secusia originem duxerit, vt ipse testatur in c. nonnulli. in §. cum autem. in prin. de rescrip. & nihilominus euectus sit tunc ad Cardinalatus fastigium, vt suprà. Barba. quoque ait in rep. c. Raynaldus. col. clxxj. de test. quòd iste & Inno. fuerunt duo luminaria cœli. et col. clxiiij. quod ipse rursus Io. And. & Bernardus suis acutissimis ingeniis illustrarunt sacros Canones. Et quia in cæteris satis clarum est, quid quantumque valuerit, quæque opera & monumenta reliquerit, transeo.

INDEX